



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

7. De primitiis & oblationibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

bona fide quadraginta annis præscribi potest, sine titulo autem requiritur tempus immemoriale, tam à Laicis, quam Clericis, modò interim Ecclesiæ ministris aliunde sufficiens sustentatio sufficiat.

- 10 Consuetudo populi aduersus legem decimarum sine titulo & pœna consensu præualere non potest, nisi tempore immemoriali.

NB. Summus Pontifex decimas abolitas denouo imperare potest ex plenitudine potestatis, si id necessarium sit ad sustentationem ministrorum Ecclesiæ, vel ideo, ut uniformis lex decimarum in tota Ecclesia obserueretur.

## C A P. VII.

### *De Primitijs & Obligationibus.*

- 1 Primitiarum ex terræ frugibus sacerdotibus ferendarum antiquissimus in Ecclesia usus ad modum & institutionem veteris Ecclesiæ vti Num. 18. Exod. 23. sed plerisque in locis hodie in defensionem venit.
- 2 Oblationum varia genera sunt, olim fidelibus dominicis panem & vinum offerre solebat, tanquam materiam sacrificii & sacrae communionis.
- 3 Eulogia dicebantur olim panes benedicti, publicæ aliæ, aliæ priuatæ inter fideles distribuitur.
- 4 Consuetudo offerendi ad altare sub sacrificio missæ antiquissima est.
- 5 Nullum extat præceptum de oblationibus, sed per consuetudinem introduci possunt. V. C. si populus ad decem annos certis solemnitatibus frequenter oblationes, tanquam ex obligatione.
- 6 Offerentes debent esse Christiani ab Ecclesiæ p[ri]cepi-

præcise; Ratio, quia offerre munera ad altare est  
quaes Ecclesiastica communicatio.

Fœminæ ad altare sub Missæ sacrificio admitti 7  
sed non intra cancellos ubi Clerici stant.

Oblationes non faciendæ, nec accipiendæ sunt <sup>8</sup>  
ex iis, quæ iniuste jacquisita & restitutioni obnoxia  
sunt iuxta D. Thom. allegantis illud Eccl. 34. Immo-  
lantiæ ex iniquo oblatio & maculata.

Quorundam criminorum V. C. raptorum, v- 9  
foriorum, mcretricum oblationes recipere sacris  
Canonibus prohibitum est.

## TRACTATVS VII.

### De Festorum obseruatione,

#### C A P. I.

##### De diei Dominicæ & aliorum festorum institutione.

**T**ertium Decalogi præceptum partim Morale 1  
est atque ex lege naturali descendens, qua-  
tenus absolute præcipitur, ut post habitus aliis  
negotiis temporalibus Dei cultui atque adorationi  
tempus aliquod tribuamus: Primum Cæmoniale,  
quatenus certum tempus, videlicet integra dies  
Sabbathi designatur, in quo ab aliis operibus absti-  
nendum, tum in memoriam beneficij creationis,  
tum in figura Christi toto Sabbatho in sepulchro  
quieturi: Ecclesia tamen sublato Sabbatho pertinē-  
t ad Iudaicā legem & vmbrales figurās quib. noua  
lunā astringuntur, eius loco dominicū diē instituit in  
honore nūdi creati & recreati per Christū in terris  
die